



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 4. Honore industriam castimoniamq[ue] firmari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

natus esse videretur, qui posset obfessis aduersus illum præbere præsidum. Nec sanè latet quemquam, omnes opifices esse accu- ratores, si in rebus elaborandis maiorem honoris ac nominis sui, quām pecunia ha- beant rationem. Pretium operarios, gloria Dædalos facit. Sed ad virtutes est properan- dum, quibus itidem honor magno sape fuit incitamento; quamvis multa huic quoque loco seruientia sequenti capiti sunt refer- manda.

## §. IV.

*Honore industriam castimoniamq; firmari.*

A Sapientia atque Philosophica pruden-  
tia incipiamus, eæ virtutes mirum est, quām  
laudatæ crescant. Carolus V. Imp. in Ita-  
liam profectus Neapolim venit. Ibi erat In Cælij  
Augustinus Niphus Suessanus, summus ea Secundi  
ætate Philosophus, cuius eruditio in plerosq;  
Aristotelis libros extant Commentarij. Fa-  
ma igitur tanti viri motus Imperator, cum  
ad se venire iussit, comiterque salutatum  
ab eruditione laudauit. Niphus, ne opinio-  
nem suam, quæ apud Cæsarem erat, conta-  
minaret, tanto attentiùs ad singula respon-  
dit. Carolo igitur, inter cetera interrogan-  
te: *Qua ratione Princeps optimè regnum ad-*

In Cælij  
Secundi  
acrosticis  
ta.

ministratus sit? Respondit Niphus: *Si tala qualem tu me esse putas, Imperator, consiliari & ministros habuerit.* Responsi acumen admiratus Carolus, encomijs maioribus ornatum à se dimisit; fecitque laudando, ut post illa, maiores promereri laudes conantur: Tantum calcar habet gloria. Iosephum ducem Iudeum captum Vespasianus semper inter domesticos habuit sapientissimè consulentem. Qua alia de caussa, nisi, quia Iosephum Galileæ vrbe excisa, omni studio Iosephum, ob eximiam belli prudentiam, inquisiuit, ut viuum caperet? Cùmque in spelunca quadam latentem comperisset, Nicanorem tribunum misit, qui data fide eum educeret. Eductum, facta corona, milites omnes admirabantur, & circumstabant. Imprimis verò Titus Vespasiani F. sapientia & fortitudinis ergo vitam ei apud patrem impetravit, neuē Romam ad Nerōnem mittetur, effecit. Quæ benevolentia & honoris exhibitio, ita cum cepit, ut cum Vespasiano libens maneret; & qui ei antea armis maximè repugnauerat, iam consilijs potissimum vires suppeditaret. Addamus huic Iosepho Iosephum alterum, quem sua sapientia ita promovit ut ex seruo empto,

apud

Ioseph.  
lib. 3. c. 14  
de bell.  
Iude.

apud principem exercitus, ad summam eue-  
heretur dignitatem. Inuenitq; Ioseph gratiam Gen. 39, 4  
coram domino suo, & ministrabat ei, à quo præ-  
positus omnibus, gubernabat creditam sibi domā,  
& uniuersa, quæ ei tradita fuerant. Huius ho-  
noris gratia ita valuit multū, vt Iosephi  
prudentiā, cuncta Putipharis substantia tam  
in adib; quam in agris multiplicaretur. Sed  
& honoranti domino ita ea dignitas Iose-  
phum gratum effecit, vt mœchæ identidem  
sollicitanti diceret; *Ecce dominus meus, om-  
nibus mihi traditus, ignorat, quid habeat in do-  
mos sua: nec quidquam est, quod non in mea sit  
potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, que  
uxor eius es: quo modo ergo possum hoc malum  
facere, & peccare in Deum meum? cuius nu-  
tu hæc mihi potestas delata est.* Ut enim in  
hominem non facile peccamus, à quo be-  
neficijs honorati sumus; ita multò minus  
peccare debemus in Deum, ob beneficia  
præterita, præsentia, & futura quæ pro-  
misit, in quo viuimus, mouemur & sumus;  
cuius beneficium est, quidquid boni in cor-  
pore animoque possidemus. Itaque S. Au- S. August.  
gustinus, de Iosepho loquens ex S. Ambro- serm. 83.  
sio hanc sententiam affert: *Amator Dei, dile-  
ctissimi, amore mulieris non vincitur, eascum  
animum*

animum incitans adolescentia non permouet, ni  
diligentis auctoritas. Magnus planè vir, q  
venditus seruire tunc nesciuit, adamatus non  
redamauit, rogatus non acquieciuit, apprehensu  
anfugit. Cur? caussam putidissimæ mœchi  
ipse indicauit: Ecce dominus meus, omnibus  
mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua  
&c. & ego tanto honori ingratus, illam uni  
rem, quam mihi nec tradidit, nec tradere  
potuit, appetam? Honorem quidem illum  
non appetiui; sed quia mihi beneficio d  
heri, & Dei obuenit, indignum foret, si d  
in herum, & in Deum meum peccarem. Noi  
solùm igitur prudentiæ exerenda Iosepho,  
cum potestate, data est occasio, verùmeti  
am castitatis conseruandæ. Cuius virtutis  
vt custos est pudor, ita quoque insignis so  
let esse stimulus honor, vt videre fuit in  
Sulpitia Paterculi filia, vxore Fuluij Flacci,  
pudicissima femina, quæ matronarum sen  
tentia, ex centum præcipuis electa est, vi

**Plin. lib.** simulachrum quoddam ex Sibyllinis libris

**7. cap. 35.** dedicaret; vti & Claudia, inductæ Romanæ

deûm matre. Adeò in his creuit pudicitia

**Ludovic.** honorata, vt Liuius scribat, Hispulam scot

**Viues lib.** tum Romæ nobile, à Sulpitia accersitam,

**2. de** Christianæ propè exanimatam fuisse, quod tam gra

femina.

mem

uem esset feminam conuentura. Nimirum apud ingenuas mentes, etiam post pudorem amissum, adhuc pudicitia gliscit, & multum ad reuerentiam alterius valet bonum nomen. Degeneres animas nec pudor cohibet, nec trahit honor; quia illis potior est voluptas, quam honestas.

## §. V.

*Honor et fortitudinis.*

Multa hic possent commemorari de liberalitate, de humanitate, de clementia, de obedientia, de fidelitate, alijsq; virtutibus, per honoris illecebras auctis: sed mihi sufficiet, si de fortitudine aliquid attingam. Multos enim incendit honor, ad praeclara facinora perpetranda. Hinc Dio Chryso-  
stomus pro non immutandis antiquis sta-  
tuarū titulis perorans, cum essent, qui sua-  
derent, ut ihs obliteratis adscriberentur  
noui, atq; hac ratione sumptibus parcere-  
tur, in hunc modum locutus est: *Homines in-  
digent & corona, & imagine, & primo loco in  
confessu, & memoria ad posteros. Et iam multi  
propter hac mortui sunt, ut vel statuā nancie-  
rentur, aut praeoxium, aut aliud honorem,  
atque suis posteris relinquenter opinionem sui  
aquam memoriamq;. Si quis igitur a vobis scif-*

Dio  
Chrysostomus  
orat. 30,